

137 Templum hoc sacratum her[oibus¹, qui] | quod ger[unt]
 Augusti nomen felix [illis] | remaneat,
 stirpis suae laetetur u[t regno] parens.
 Nam quom te, Caesar, tem[pus] | exposcet deum
 caeloque repetes sed[em, qua] | mundum reges,
 sint hei tua quei sorte te[rrae] | huic imperent
 regantque nos felicibu[s] | voteis sueis. |

L. Aurelius L. f. Pal. Rufu[s] primopilaris l.... | XVI militans st..... |
 imp. Caesaris |

Acerris in Campania rep., nunc Neapoli: recognovit Mommsen (X 3757) paucis litteris adsumptis ex apographis priorum, reliqua supplevit sicut supra adiutus a Buechelero (aliter nonnulla suppleverant viri docti Herm. vol. I p. 154). — 1) Supplementum nec hoc loco certum, nec magis v. 3. — 'Videtur agi de aedificula Laribus (= ἱερῶσι) Augustis ita dedicata, ut sub eorum imaginibus C. et L. Caesares colerentur' (Mommsen l. c.).

138 ossa | [L.¹] Caesaris Augusti f. | principis iuventutis

Romae (VI 884 ad exemplum unicum saec. XIV vel XV, servatum in sylloge q. d. Signoriliana). — 1) C. traditur; sed C. Caesar consul et imperator appellari debuit in titulo sepulcrali, cum principis iuventutis appellatio conveniat fratri eius Lucio (Mo.).

Exstat etiam pars elogii sepulcralis quod videtur fuisse L. Caesaris (VI 893 cf. Mo. mon. Ancy. comm. p. 54).

Cenotaphia, quae dicuntur, Pisana.

I.

139 [a.] d. XIII k. Octobr(es) Pisis in foro in Augusteo scrib(endo) adfuer[e] | Q. Petillius Q. f., P. Rasinius L. f. Bassus, M. Puppius M. [f.], | Q. Sertorius Q. f. Pica, Cn. Octavius Cn. f. Rufus, A. Albiu[s] | A. f. Gutta. |

5 Quod C. Canius C. f. Saturninus Ilvir v(erba) f(ecit) de augendis hono-
 ribus | L. Caesaris, Augusti Caesaris patris patriae pontificis maximi | tri-
 buniciae potestatis XXV¹ filii, auguris, consulis designati, princip[is] | iu-
 ventutis, patroni coloniae nostrae, q(uid) d(e) e(a) r(e) f(ieri) p(laceret),
 d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt): |

10 Cum senatus populi Romani inter ceteros plurimos ac maximos | hono-
 res L. Caesaris (sic), Augusti Caesaris patris patriae pontificis maximi
 tribu[n]iciae potestatis XXV filio, auguri, consuli designato, per | consé(n)-
 sum omnium ordinum studio (nonnulla interciderunt)
 . . . tetur, data cura C. Canio Saturnino Ilvir(o) et decem primis elig[endi] |

15 aspiciendique, uter eorum locus magis idoneus videatur, emendi[que] |
 publica pecuniá a privátis eius loci qu[em] magis probaverint; utique |
 apud eam aram quodannis a. d. X[III k. Sept.² p]ublice Mánibus eius per